


DE TRITVRANDI VERA RATIONE,

ET CIRCA PVLVERES,

Quos Recentiores Species quandoque vocant,
Exercitatio.

COMMENTARIUM II.



INTER arida Pharmaca omnino humoris expertia Pulueres primum locum tenent, quæ ab Actuaria lib. de Comp. Med. & Lomema dicuntur, & à Græcis, ipso referēte, Xeria, quæ forrè Cataplasmata Paulus ab inspergendo appellauit. Recentiores autem, cum pulueres ex odoratis sæpe, & aromatis parentur, Species, nulla distinctione posita, vocant. *Circa triturbabilia varia sunt consideranda, Natura, scilicet rerū terendarū, Ordo in triturando seruandus, Modus, & quæ solitaria, vel aliis admista in puluerem redigenda sint, quod ad naturam Simplicium reducitur; breuibus tamen verbis hæc agenda veniunt, cum lib. I. cap. de Triturandi ratione omnia longa oratione pertractauerim.*

Cum igitur parata fuerint, & selecta omnia triturbabilia diligenti arte exsiccata, si humentia fuerint, aut clibano, aut ignis calore non æstuantis, aut Solis, vt cap. de Radic. & mortaria deterfa, & pistilli,

R si

Quot circa
triturbabilia.

si ferrei, rubigine omnino priuati, vel si lignei, vt buxei, omnino mundati, hæc ratio seruanda erit in illis comminuendis.

Primò itaque in mortarijs iniicienda, atque terenda quæcumque crassa substantia, atque textura existunt, vt Ligna, Radices, Cortices, Nuclei, & alia, quæ quoquomodo ossea natura prædita sunt, & maximè si hæc erunt sub genere adstringentium.

Ordo tritandi.

Cum hæc crassiusculè contusa fuerint, illa addatur, quæ ictibus pistillorum cedunt, minimèq. resistunt, vt Sericum, Pili, Lana, Spongia, Papaueris cortices, & Colocynthis, quæ priùs tamen sint diligenter incisa, & exsiccata.

Deinde quæcumque varijs intertexuntur filamentis, atque membranulis, quâquam tenui sint substantia, ac resolubili, vt Cinnamomum, Casia, & Agaricum, & sic quæcumque quoquomodo tenacia, vt Caryophylli; hæc enim à duritie iam negliger contusorum defringuntur, & diuelluntur vnà cum pistillorum motu.

Postea Semina, si admodum dura non fuerint, vel oleaginosa; prima enim cum radicibus terantur; secunda verò optimè à cortice mundata, & minimas in partes dissecta; cum ferè omnia fuerint trita, paulatim tamen addantur; quia à polline aliorum impediuntur, ne in oleum transeant.

Post hæc Herbæ, & Folia, inter quæ, si aliqua fuerint tenaci cortice, ac fibroso insignita, vt Cauda equina, cum radicibus comminuantur.

Fructus minutim incisi, & quoad fieri potest exsicca-

siccati, frustatim hoc tempore terantur, vt humiditatem illorum ad se rapiât alia iam trita, & sicca.

Gummi, Mastix, & Thus quoque inijcienda, prius tamen contracta.

Postremò Flores, exceptis nonnullis, de quibus infra, vt Stæcados, qui cauliculis obduris adhærentes ægrè in puluerem rediguntur, & ideo cum duris imponendi.

Succi admodum exsiccati, & frustatim incisi post herbas.

Metallica, aut Lapilli pretiosi, aut cornu cerui vstum, post omnia inijciantur; iam enim fuere hæc omnia solitariè læuigata, & ideo non egent longa trituratione.

Denique addatur, & Moschus, & Ambra ceteris iam cretis, sic & Auri folia accuratè disrupta.

At si aliqua difficilè cum alijs comminuantur, aut crassiori egeant attritu, aut faciliùs, & expeditiùs hoc agatur, & vigorosa seruentur, solitaria in puluerem vertantur, & alijs postea diligentissimè misceantur. Hæc varia, atque multa existunt, vt Amygdalæ, Semina quattuor frigida, idest Cucumeris, Cucurbitæ, Melonis, & Citrulli, prius excoxiata, Gummi, Thus, & Mastix, ne tandem in placentiam, abeant, placidè terenda pistillo. Sic & omnia purgantia, ne aliqua eorum partium integra manens totâ compositionem contamine, vt Scammonium, quæ vt plurimum placidè pistillum duccendo, sunt terenda. Hoc pacto & Lapilli pretiosi iterum comminuendi.

Quæ sola terenda.

Purgantia solitariè terenda.

R 2 Hæc

Hæc omnia à mandatis Antiquorum sunt desumpta, vt cap. de Tritur. lib. 1. & ideo seruanda, dummodo aliqua in compositione aliquid diuersum ab his non reperiatur, in qua penitus parendū est illius auctori. Moschus, & Ambra sola comminuantur placidè tamen, vel cum aliqua portiuncula iam tritorum diligenter læuigentur.

Adstringen-
tia diligenter
terenda.

Error mul-
torum circa
purgantia.

Pulueres omnes, nisi à Medico imperante aliud sancitum sit, perfectissimè sint comminuti, ac læuigati, quod præceptum nobis tradidit Gal. lib. 1. de Antid. cap. 3. his verbis: *Sint admodum tenuissimi, vt ad intima permeent*, & ideo lib. 8. per loc. hæc: *Tundito Cinnamomum, & Carpobalsamum, & angustissimo cribro excernito*; Vel per linteolum excernantur, vt 6. per loca, c. 4. Sed maximè adstringentia in puluerem tenuissimum redigenda, veluti 2. per genera c. 16. aliter detrimentū afferunt. Hoc quoque agendum est in purgantibus, sicuti cap. de Tritur. patefecimus.

Omnia cum trita, & creta fuerint, vase recondantur, ita vt ne transpirent, & euanescant, iubente Galeno lib. 8. per loc. c. 3. quod maximè animaduertendum in gratum odorem redolentibus. At de his hæc tenus.

Flores, qui
egre teran-
tur.

Radices, q̄
facile.

Durant pulueres ad sex menses, ait Serapio. Inter flores difficilè comminuuntur Schænanthos, flos Stæcade, Violarum, Chamemeli, scilicet Anthemidis, Matricariæ, Origani, Hiperici, & similes, & ideo in principio cum duris ponendi.

Inter Radices facile in puluerem vertuntur Angelica

gelica tenuis, Meu, Spica Celtica, Hermodactili,
Pentaphilli radix, Assarum, Turpethum, Mechio-
cham, & similia.

Inter Herbas ægrè teruntur Cauda equina, Ab-
finthium, Anethum, Marrubium, Carduus San-
ctus, Fumaria, Polygonus, folia Myrti, & Sabinæ.

Herbæ quæ
difficile.

Inter Gummi hæc possunt teri, Bdelliū, Euphor-
bium, Mastix, Sarcocolla, Thus, Myrrha, & Tra-
gacanta, pistillo tamen læuiter, & placidè ducto.

*Descriptio Specierum de Galanga à Mesue,
ubi de Confectionibus, et circa eas
Exercitatio.*

℞. Galangæ,
Ligni Aloes ana drach. vj.
Caryophyl.
Macis,
Keisin, idest Ligustici ana drach. ij.
Zingiberis,
Macropiperis, idest Piperis longi,
Cinnamomi,
Piperis albi,
Calami aromatici ana drach. j. β.
Calaminthes siccæ, vel Mentastri eius defectu.
Menthæ siccæ,
Heyl, idest Cardamomi maioris,
Spicæ,
Sem. Apij,
Feniculi ana drach. j.

Sem.

134 De vera Meth. Pharm. par.

Sem. Carui, eius loco Cymini,

Anisi ana dr. j.

Sacchari albi drach. x.

Ingred. xix.

Galanga, lignum Aloes, Caryophylli, Cinnamomum, Calamus odoratus, Zingiber simul terantur, incipiendo à Galanga, cum semitrita fuerint, addantur Semina, & Piper paulò post, & Cardamomum, & Macis, & denique herbæ, & saccharum, & subtili cribro traiciantur interdum, antequam omnia perfectè sint comminuta, ne subtiliores partes dissipentur, & euaporent. Non inutile erit horum quædam prius in varia frustula secare, & præcipuè quæ fibrosa, vt Zingiber; sicuti etiam aliqua per se terere necessarium.

*De Speciebus Diamoschi dulcis ex Mesue,
et Exercitatio.*

℞. Croci,

Doronici, in eius def. Nucis mosch.

Zedoariæ,

Ligni Aloes,

Macis ana drach. ij.

Margaritarum albarum,

Serici crudi vsti,

Electri, idest Charabe,

Corallij rubri,

Galliæ Moschatæ,

Ozimi citrati, idest Sem. Basilici ana dr. ij. β.

Been

Been albi, & rubei, in eorum def. Cort. Citri,
Folij, vt Cinnamomi,
Spicæ Nardi,
Caryophylorum ana drach. j.
Zingiberis,
Cubebæ,
Piperis longi ana drach. j. β.
Moschi Script. ij. *Ingred. xx.*

Primò Zedoaria, lignum Aloes, Caryophylli,
Zingiber, Doronici, vnà terantur; deinde Cube-
bæ, & Piper, & postea Ozimum, Folium, & Spi-
ca Nardi, post hæc Macis, & Crocus, deinde Se-
ricum leuiter affatum; Corallia, & Margaritæ su-
per cotem paratæ iterum læuigatæ, & Electrum per
se tritum. Postremò Gallia, & Moschus solitaria
comminuta, & illis diligentissimè admista, quæ po-
stea omnia cribro excutiantur. Possunt Moschus,
& Ambra cum aliqua portiuncula iam tritorum læ-
uigari. At multi auaritia impulsī hæc nō imponūt.

Error mul-
torum.

*De speciebus confectiois de Gemmis ex Mesue,
et circa has Exercitatio.*

Rx. Margarit. alb. drach. ij.
Saphiri,
Hyacinthi,
Sardinis,
Granatorum,
Smaragdiana drach. j. β.

Zedoa-

136 De vera Meth. Phar. par.

Zedoaria,
 Doronici, Cubebæ eius loco,
 Corticum Citri,
 Macis,
 Sem. Ozimi Caryophyllati ana drach. ij.
 Corallij rubri,
 Electri, idest Charabæ,
 Limaturæ Eboris ana script. ij.
 Been albi, & rubri, in defectu Buglossi radic.
 Caryophylli,
 Zingiberis,
 Piperis longi,
 Spicæ Nardi,
 Folij, vel Cinnamomi foliorum,
 Croci,
 Cardamomi ana drach. j.
 Trochiscorum Diarhodon,
 Ligni Aloes ana drach. v.
 Cinnamomi,
 Galangæ,
 Zurumbet, loco eius, vt à Serap. elicetur, Casia
 lignea, vel ponatur Zedoaria ana dr. j. β.
 Auri
 Argenti foliorum ana aur. β.
 Moschi drac. β.
 Ambre drach. ij.

Ingred. xxxij.

Zedoaria, Galanga, lignum Aloes, Caryophylli,
 Cinnamomum, Zurumbet, seu Zedoaria, Zingi-
 ber, Been rubrum, & album, cortices Citri, & Do-
 ronicum

ronicum simul terantur à primis incipiendo, po-
stea Cardamomum, & Piper, deinde folium, Spi-
ca Nardi, semina Ozimi & Macis, & post hæc Lima-
tura Eboris, Electrum, & Crocus, his addantur Gē-
mæ per se cōminutæ, & Trochisci Diarhodon, sic
Moschus, & Ambra, & Auri, Argentiq. folia dila-
cerata, atque diuulsa.

*Species Diarhodonis ex Mesue descriptione,
quæ à nobis laudatur.*

R̄. Rosarum rub. drac. xxx.
Trochisci Diarhodi,
Trochisci ex Spodio,
Glycyrrhizæ, ana vnc. β.
Caryophyllorum,
Trium Santalorum,
Galliæ moschataæ, ana drach. iij.
Spodij ex Ebore adusto, & parato,
Crocī,
Mastiches,
Ligni Aloes, ana drach. ij.
Asari, idest Baccharæ,
Spicæ Nardi,
Macis,
Cardamomi, scilicet maioris offic. ana dr. j.
Sem. Portulacæ,
Lactucæ,
Scariolæ, quæ dicitur Sereos, species En-
diuix, ana drach. j.
S Sem.

138 De vera Meth. Pharm. par.

Sem. Cucumeris,
Cucurbitæ,
Melonis,
Citrulli, idest Anguriæ,
Margarit. alb.
Ozimi Caryophylli, idest Basil.
Rasuræ Eboris,
Tragachanti,
Gummi Arab. ana drach. j.
Caphuræ dr. j. β.
Moschi script. β.

Ingred. xxxij.

Terantur secundum artem, & leui quantitate
conficiatur, ne semina illa totum Pharmacum con-
taminent.

Alia desumpta à Nicolao.

℞. Santalorum Alborum,
Rubeorum, ana drach. ij. β.
Tragacanthi,
Gummi Arab.
Spodij, ana script. ij.
Asari, idest Baccharæ,
Spicæ Nardi,
Mastiches,
Cardamomi,
Crocī,
Ligni Aloes,
Caryophylli, ana script. j.

Galliæ

Gallia mosch.
 Sem. Anisi, &
 Feniculi,
 Cinnamomi,
 Succi Glycyrrhizæ,
 Rhabbarbari,
 Sem. Berberi,
 Ozimi, idest Basil.
 Scariolæ,
 Portulacæ,
 Citrulli, idest Anguriæ,
 Cucumeris,
 Melonis,
 Cucurbitæ, ana script. j.
 Margaritarum,
 Offis de corde Cerui, ana script. β.
 Rosarum rub.
 Sacchari candidi, ana vnc. j. & drach. iij.
 Caphuræ gr. vij.
 Moschi gr. iij. β. *Ingred. xxxij.*

Santala, lignum Aloes, Caryophylli, Cinnamo-
 mum, & Os de corde Cerui in vnum terantur; po-
 stea iniiciantur semina Anisi, & Feniculi, deinde
 Asarum, & Rhabbarbarum, Spica Nardi, Mastix,
 Cardamomum, & Spodium, & Berberi, & semina
 illa paruula, & postea Rosæ, & cum hæc sunt ferè
 cōminuta Glycyrrhizæ succus, & semina illa maio-
 ra cortice priuata, & minutim incisa; à tritis enim
 illis, & aridis humida illa vinctuositas absumitur.

140 De vera Meth. Pharm. par.

Error Sep-
plasiariorū.

Denique solitaria diligenter detrita Gallia, Cap-
ra, & Moschus, & Tragacantha, & Gummi, vel e-
tiam Crocus. Sed Moschum non iniiciunt multi
auaritia ducti.

*Species Aromatici Rosati Gabrielis, refe-
rente Mesue.*

Rx. Foliorum Rosarum drach. xv.
Glycyrrhizæ rasæ drach. vij.
Ligni Aloes, drach. iij.
Santalorum citreorum, ana drach. iij.
Cinnamomi drach. v.
Macis,
Caryophylli, ana drach. ij. β.
Gummi Arabici,
Tragacanthi, ana drach. ij. & script. ij.
Nucis moschatæ,
Cardamomi,
Galangæ, ana drach. j.
Spicæ Nardi drach. ij.
Ambræ script. ij.
Moschi script. j. *Incred. xv.*

Fiat puluis, vt est artis. Quis Moschū imponit?

Species Aromatici Moschati Mesue.

Rx. Ligni Aloes drach. vij.
Darfeni, idest Cinnamomi crassi drach. x.
Ambræ

Ambraë drach. iij.

Moschi script. ij.

Ingred. iij.

Lignum Aloes, & Cinnamomum vnà terantur
priùs in frustula dissecta, Ambra, & Moschus per
se, & diligenter confundantur.

Species Aromatici Caryophyllati
Mesue.

Rx. Caryophyllorum drach. viij.

Macis,

Zedoariæ,

Galangæ,

Santali Citrei,

Trochiscorum Diarhodon,

Cinnamomi,

Ligni Aloes,

Spicæ Nardi,

Piperis longi,

Cardamomi, ana drach. j.

Rosarum vnc. β.

Glycyrrhizæ,

Galliæ mosch. ana drach. ij.

Folij, vt Cinnamomi,

Cubebæ, ana script. ij.

Ambraë drach. j.

Moschi script. β.

Ingred. xvij.

Terantur.

Species

Species Diacymini Mesue.

Rx. Cymini pridie in aceto macerati, & siccati dr. x.
 Zingiberis,
 Cinnamoni, ana vnc. β.
 Caryophylli,
 Ligni Aloes,
 Macis, ana drach. ij. β.
 Galangæ,
 Piperis longi,
 Cardamomi, ana drach. ij.
 Moschi script. β.

Incred. x.

Fiat pulvis, vt est artis.

Species Dianisi.

Rx. Anisi drach. xx.
 Glycyrrhizæ,
 Mastiches, ana vnc. j.
 Sem. Fœniculi,
 Carui,
 Macis,
 Galangæ,
 Zingiberis,
 Cinnamomi, ana drach. v.
 Trium Piperum, scilicet albi, nigri, longi,
 Calaminthes, aut Nephitæ eius loco,
 Pyrethri,
 Casiæ officinarum, ana drach. ij.

Carda-

Cardamomi,
Caryophylli,
Cubebæ,
Croci,
Spicæ Nardi, ana drach. j. β.
Sacchari vnc. ij. *Ingred. xxj.*

Fiat pulvis.

Species Diambra Mesue.

Rx. Cinnamomi,
Doronici, corticum Citri eius loco,
Caryophylli,
Macis,
Nucis moschatæ,
Folii, in eius def. folia Cinnamomī, vel cortic.
Citri,
Galangæ, ana drach. iij.
Spicæ Nardi,
Cardamomi vtriusque, ana drach. j.
Zingiberis drach. j. β.
Santali citrei,
Ligni Aloes,
Piperis longi, ana drach. ij.
Ambræ aur. j.
Moschi drach. β. *Ingred. xv.*

Subtilissimè terantur, & cribro excutiantur tenui.

Species

Species trium Piperum Mesue, quæ Conf. Diatrion Pipereon dicitur.

℞. Trium Piperū, ana au. v. vid. albi, nigri, & lōgi,
Zingiberis,
Thymi,
Anisi, ana aur. ij.
Spicæ Nardi,
Amomi, in def. Caryoph. vel bac. Iunip. a. aur. j.
Cassia,
Asari, idest Baccharæ,
Enulæ siccæ,
Seminis Apii,
Seseli communis, ana aur. β. *Incred. xij.*

Fiat puluis, ut est artis, vel crassiusculus, vel tenuissimus ad Medicorum voluntatem.

Eadem à Galeno quarto de sanit. tuen. cap. 5.

℞. Trium Piperum drach. quinquaginta.
Anisi Cretici,
Thymi Attici,
Zingiberis non pertusi, ana dr. viij. *Incred. vj.*

Error aliquorum.

Omnia simul tundantur, & per tenue cribrum transmittantur. Hæc ille, non per raram, ut multi balbutiunt.

Species

*Species Diacalaminthes Gal. eodem lib. c. 7.
descripta, et modus parandi.*

℞. Calaminthes Cretensis, eius def. Mentaſtri.
Pulegij Cretici,
Petroſelini Macedonici, vel communis,
Sefeleos Maſſilienſis, vel Sileris mont. ana vn. ij.
Sem. Apij,
Cacuminum Thymi Cretici, ana vnc. iiij.
Libyſtici, vel Liguſtici vnc. xvj.
Piperis vnc. octo & quadraginta. *Ingred. viij.*

Atque Herbarum quidem quidquid lignoſum,
durumq. eſt, id abiiciendum: accipienda verò ad
medicamentum folia, atque ex his maximè, quæ
ſubtiliſſima, virentiſſimaq. ſunt, atque in ſummis
herbis nata: ad hæc flores, & quæcumque cum iis
ſunt vnà, minutiſſimas, tenuiſſimasq. feſtucas.
Hæc omnia ſimul tundenda, cribrandaq. ſunt te-
nui cribro, vt per vniuerſum corporis habitum me-
dicamentum digeratur. Hæc Gal. qui hæc duo
Pharmaca Melle in formam Electuarii parabat. At
aliqui propria ſententia ducti affirmant hæc craſ-
ſuſculè terenda eſſe.

Error ali-
quorum.

Species Pliriſarcotici Nicolai.

℞. Cinnamomi,
Caryophylli, ana drach. j.
T Ligni.

Ligni Aloes,
 Galangæ,
 Spicæ Nardi,
 Nucis moschatæ,
 Zingiberis,
 Spodii, scilicet ex Ebore,
 Schænantii,
 Cyperi,
 Rosarum,
 Violarum, ana drach. j.
 Folii, eius loco Caryophyl. fol. vel Citri.
 Glycyrrhizæ,
 Mastiches,
 Styracis,
 Sanfuci, idest Maioranæ,
 Balsamitæ, idest Mentæ aquaticę,
 Seminum Ozimi,
 Cardamomi,
 Macropiperis, idest longi,
 Leucopiperis, scilicet albi,
 Myrtillorum,
 Corticum Citri, ana script. ij. & gr. v.
 Gemmarum omnium,
 Been albi, & rubei, in eius def. rad. Bugl. & Bor.
 Corallii,
 Serici assati, ana script. j. gr. ij.
 Moschi gr. vij. & β.
 Caphuræ gr. v.

Ingred. xxx.

Fiat puluis cum rebus duris, ac aridis immiscendo

do Violas, & flores Schænanthos: ægrè enim, cum
pistillis cedant, minuuntur, sicut Cyperi, & Nux
moschata cum herbis.

Species Diamargariti Calidi Nicolai.

℞. Caryophylli,
Cinnamomi,
Spicę,
Galangę,
Ligni Aloes,
Glycyrrhizę,
Trochisci Diarhodon,
de Violis, ana drach. j. β.
Nucis moschatę,
Macis,
Aliptę, scilicet Moschatę Confect.
Zedoarię,
Rhabarbari,
Styracis calamitę, ana drach. j.
Margaritarum perforatarum,
& non perforatarum,
Zingiberis,
Ossis de corde Cerui,
Rasurę Eboris,
Blaetę Byfant. i. Vngulę odoratę, ana drach. β.
Moschi,
Ambrę,
Cardamomi,
Leuistici, ana script. j. minus gr. ij.

T 2

Sem.

148 De vera Meth. Pharm. par.

Sem. Ozimi Caryoph. idest Basil. ana script. j.
minus gr. ij.

Caphuræ gr. vj.

Ingred. xxvj.

Terantur, vt est artis.

Species Frigidi.

Rx. Trium Santalorum,

Violarum,

Sem. Melonum,

Trochiscorum Diarhodon, ana drach. ij.

Serici assati,

Ossis de corde Cerui,

Spodii, ex Ebore parati,

Florum Boraginis,

Buglossi, ana drach. j.

Rasuræ Eboris script. ij.

Margaritarum drach j. β.

Sem. Oxalidis, idest Acerosæ,

Ozimi Caryophyl. scilicet Basil.

Lactuce, ana drach. β.

Ligni Aloes,

Ambræ, ana gr. x.

Caphuræ gr. xx.

Folia auri nu. xv.

Ingred. xxviij.

Fiat puluis, vt est artis.

Species

Species ex tribus Santalis Nicolai Salernitani.

℞. Trium Santalorum,
 Rosarum rub.
 Sacchari, ana drach. ij.
 Rhabarbari,
 Spodij ex Ebore,
 Succ Glycyrrhizæ,
 Sem. Portulacæ, ana drach. j. β.
 Amiti,
 Gummi Arabici,
 Tragachanti, ana drach. j.
 Sem. Melonis,
 Cucumeris,
 Scariolæ,
 Citrulli, ana drach. j. à cortice priuati,
 Caphuræ script. j. *Ingred. x-vij.*

Triturentur diligenter simul, vel multa per se sola, si sit vtilius, & expeditius.

*Species Cardiacæ, vel Cordiales temperatæ
 ad Epithemata paranda.*

℞. Florum Boraginis,
 Buglossi,
 Violarum, ana drach. j.
 Rosarum rubearum,
 Trium Santalorum,
 Corticum Citri, ana drach. j. β.
 Serici

150 De vera Meth. Phar. par.

Serici crudi drach. β.

Croci script. j.

Ingred. x.

Fiat puluis .

Alia Calida.

Rx. Rosarum rub. vnc. iij.

Santalorum rubeorum,

alborum, ana vnc. ij.

Been albi, & rubei, in def. radicis Pastinacæ, sed
melius Buglossi.

Doronici, in def. Macis,

Corallij rubei,

Corticum Citri,

Offis de corde Cerui,

Serici, ana drach. iiij.

Ligni Aloes,

Caryophylli,

Croci, ana drach. ij.

Ingred. xij.

Terantur subtilissimè.

*Alia per os desumenda temperata, quæ
à nobis probantur.*

Rx. Corallij rubei,

Spodii, idest ex Ebore

Offis de corde Cerui,

Terræ Lemniæ, aut Sigillatæ, ana drach. β.

Mar-

Margaritarum præparatarum,
Cornu Cerui vsti, ana drach. j.
Trium Santalorum, scilicet alborum, citrinorum,
& rubeorum,
Rosarum rubearum,
Florum Buglossi, ana drach. ij. β.
Corticum Citri, aut eius florū exsiccatōrū dr. ij.
Folia auri nū. x. *Ingred. xij.*

Omnia secundum artem in puluerem quamtenuem redigantur.

Pulvis Senæ Montagnanæ.

℞. Senæ elect. drach. xij.
Zingiberis,
Macis, ana drach. iij.
Cinnamomi,
Tartari albi, idest Vini fēcis densatæ, ana
drach. j. β. *Ingred. v.*

Subtilissimè terantur.

*Pulvis sanguinis fluores adstringens, quem
Constrictium dicunt.*

℞. Boli Armeni,
Gypsi,
Rosarum rubearum,
Balauft. ana drach. j. *Folio-*

152 De vera Meth. Phar. par. &c.

Foliorum Myrti,

Gallarum immatur. ana drach. j. *Incred. vj.*

Fiat puluis, vt est artis, tenuissimus. Paratur à Gal. lib. 5. Meth. c. 4. quæ constat ex vna parte Thuris, media Aloes, & pilis Leporis.

Puluis ad caput roborandum.

Rx. Stæcados,

Betonicæ,

Saluæ,

Calamenti,

Florum Rorismarini, ana drach. j. β.

Ligni Aloes,

Caryophyllorum,

Nucis Myristicæ, i. Mosch. ana dr. j. *Ingr. viij.*

Diligenter læuigentur.

Puluis Hermodactylorum.

Rx. Hermodactylorum drach. vj.

Sem. Anisforum,

Apij,

Cinnamomi, ana scrip. ij.

Incred. iiij.

Hermodactyli sint albi colore; niger enim color eorū, vel rubeus lethalis est, si Serap. lib. Simp. Hist. est credendum. Post omnia terantur subtiliter.

DE